
Positiones juris civilis et canonici.

Numéro d'inventaire : 1979.23983

Auteur(s) : Louis de Bellemare

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Caen)

Imprimeur : Cavelier; Pyron

Période de création : 2e quart 18e siècle

Date de création : 1732

Description : Une feuille de papier vergé filigrané. Texte imprimé. La feuille est tachée en plusieurs endroits. Des déchirures et perforations sur les bords.

Mesures : hauteur : 445 mm ; largeur : 334 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir, pour l'obtention de la licence, Louis de Bellemare, à l'école de droit canon à Caen, le samedi 12 juillet 1732. Les thèses de droit civil traitent des donations. Les thèses de droit canon portent sur les fêtes religieuses.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

DEO OPT. MAX.
POSITIONES
JURIS CIVILIS ET CANONICI
PUBLICIS AGITANDÆ DISPUTATIONIBUS
IN SCHOLIS JURIUM ACADEMIÆ CADOMENSIS
PRO LICENTIATUS GRADU CONSEQUENDO.

Ad Legem i. Cod. De Donationibus.

- I.
DONATIO est liberalitas, quæ nullo jure cogente exercetur. Ejus duplex species, alia quæ inter vivos, alia quæ mortis causâ fit.
- II.
DONATIO inter vivos, cum quis ita rem dat ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: hæc vera & propria donatio est.
- III.
MORTIS causâ donatio est, quæ fit ob metum mortis, vel cogitationem mortalitatis, cum quis mavult se rem habere, quam donatarium, sed hunc magis, quàm heredem.
- IV.
PRÆCIPUA inter utramque differentia est, quòd donatio inter vivos statim perfecta fit, & dominium rei in donatarium transferat; unde temerè revocari non potest, id est, non nisi certis ex causis in jure expressis.
- V.
AT effectus donationis causâ mortis pendet ex morte donatoris. Interim pro arbitrio revocari potest; evanescit, si convalescit donator, si præmoriatur donatarium; quippe legatis pendè in omnibus similis est.
- VI.
DONATIO jure veteri non perficiebatur nisi traditione rei donatæ: est enim simul & modus & causa acquirendi dominii. Requiritur etiam ut accipiatur à donatario, cum res tradi & conferri nisi in accipientem non possit.
- VII.
POSTEA constituit D. Pius, ut sine traditione, sine stipulatione donatio inter conjunctas personas facta nudo consensu valeret. Conjunctæ personæ sunt parentes & liberi.
- VIII.
JUS illud Justinianus ad omnes personas sine discrimine produxit & constituit, ut ad exemplum venditionis ex donatione nudo pacto factâ incumbat donatori necessitas rei tradendæ.
- IX.
QUOD tamen ita intelligendum, ut ex ejusmodi donatione actio tantum competat in donatorem, conditio ex lege, quâ compellatur ad traditionem, non ut dominium rei acquiratur, quod non nisi traditâ requæri potest.
- X.
DUPLIX autem species traditionis distinguitur; alia vera & corporalis, alia ficta, quæ fieri interveniente aliquo symbolo, signo intelligitur. Hæc sufficit ad perfectionem donationis.
- XI.
PROPONITUR hæc species fictæ traditionis quâ donatio mancipiorum completa, traditio facta intelligitur, traditis instrumentis emptionis, corum, ita ut donatario competat actio in rem adversus donatorem.
- XII.
NEC rei præsentiam exigimus, ut instrumentum detur re præsentî. Sic generaliter tradito, donato, legato, reddito instrumento, nomine, res, quæ in eo continetur, tradita, donata, remissa censetur.

Ad Cap. 3. Extra. De Feriis.

- I.
FERIÆ sunt dies religioni & cultui divino dicati. In his præcipuus est dies Dominicus, adjecti sunt ab Ecclesia Natalitii Martyrum.
- II.
HOS omnes cum veneratione observare Christiani debent, oriantes, sed ut Christianos decet.
- III.
IN his igitur abstinendum ab omni opere servili, mercimoniis, placitis, (ait cap. 1. h. 1. verbo Gallico) id est, judicis, liibus.
- IV.
HIS diebus nec quis vocari in jus debet, nec sententia ferri, nec debitor exigi, alioqui quod gestum sit nullum & irritum est.
- V.
EXCIPITUR tamen casus necessitatis, quæ legem non habet vel maximæ utilitatis, quæ periret.
- VI.
HINC hæc cum piscationem, etiam Feriatis diebus, si ejus occasio se offerret, permittit Alex. III. cap. 3, hoc tit. exceptis majoribus festivitibus: optimâ sanè ratione, quod his piscibus populus vitam tuetur.

De his, Deo favente, Respondebit LUDOVICUS ANTONIUS PASCHALIS DE BELLEMARE, DE NEUVILLE, Lexoviensis, Baccalaureus, in Scholâ Juris Canonici, die Sabbathi. 12. Julii an. Dom. 1732. horâ 7^a. matutinâ.

Arbiter erit & Præses D. NICOLAUS ANNÆUS JOLIVET, Antecessor.

CADOMI, Apud ANTONIUM CAVELIER, Et JOANNEM CLAUDIUM PYRON, Universitatis Typographos.